¹⁷ Głinski Jan h. Pobóg, s. Jana i Anny Goślickiej h. Grzymała. Kan. pł. f. Niedbała (Radziwie) - 1589-1610; kan. poznań. f. Sławie - 1602, następnie kanclerz kap. poznań. - 1605, dziek. kap. przem. ok. 1595 r., z nominacji zapewne swego wuja Wawrzyńca Goślickiego bpa przem. a następnie poznań., któremu zawdzięczał kanonie f. Sławie - 1602, a następnie kanclerstwo - 1605 w kap. poznań.; był także prebendarzem kaplicy zamkowej w Sochaczewie. Zm. przed 15 X 1610. J. Nowacki, Dzieje Archidiecezji Poznańskiej t. 2 s. 648; Liber installationum... RTNP t. 35. 73, 76, 81; ACPI. nr 7 k. 331; tamże nr 8 k. 1 v.; tamże nr 9 k. 132.

¹⁸ Spinek Maciej h. Prus, kan. kat. pł. f. Otolinko (1589-1602), w 1589 r. wybrany przez kapitułę ekonomem dóbr biskupich; kan. łowicki; w 1602 r. został opatem premonstratów w Witowie i zrezygnował z kanonii; posiadał także probostwo w Bądkowie na Kujawach. Katalog prałatów i kanoników kapituły łowickiej. Ks. J. Wieteska, Warszawa 1971, s. 52. AEp. nr 25 s. 764, 991; ACPI. nr 7 k. 319 v.-320; ACPI. nr 8 k. 264-267.

¹⁹ Ślaski Jan h. Grzymała (?), kan. kat. pł. f. Rypin (1590-1631); prep. kość. par. w Płońsku (ok. 1595-1631); posiadał w kat. pł. płytę nagrobną ufundowaną przez bratanka Jakuba, z mylną datą śmierci. Zm. 18 XII 1631 r. Płock. Mon. Hist. s. 316; AEp. nr 28 k. 51; ACPI. nr 7 k. 345; ACPI. nr 10 k. 105; ACPI. nr 11 k. 148.

²⁰ Smoszewski (Smorzewski) Jakób h. Abdank (?), syn Baltazara, zapisał się na Uniw. Krak. w 1580 r., a bakał. został w 1582 r., notariusz kap. pł., kan. - 1584 grat. kat. pł. - 1586, kan. f. Pęczek (Radziwie) - 1591; zm. w lecie 1625 r. Album studiosorum... t. 3 s. 118; Statuta nec non liber prom... s. 226; ACPI. nr 7 k. 208, 288, 290, 329; ACPI. nr 8 k. 4 v., 6 v.; ACPI. nr 9 k. 454-456.

²¹ Nossilski Jakub, h. Prawdzic, s. Jana skarbnika zakroczym. i Anny, studiował w Rzymie, gdzie uzyskał doktorat obojga praw - 28 XI 1589 i zapewne wkrótce potem doktorat z teol., skoro 5 V 1590 r. był już w kraju u boku bpa P. Wolskiego, z oboma tymi tytułami. Po śmierci bpa P. Wolskiego związał się z bpem W. Baranowskim, uzyskał w kancel. król. tytuł sekret. król. i został kanc. kurii biskupiej. Kanonie pł. f. Sandzino uzyskał 12 I 1592 r., posiadał tam także prob. Zm. w Rzymie w grudniu 1595 r., towarzysząc bpowi W. Baranowskiemu w drodze do Rzymu. H. Barycz, Polacy na studiach w Rzymie w epoce odrodzenia, Kraków 1938 s. 239; AEp. nr 26 s. 135; ACPI. nr 7 k. 362; ACPI. nr 8 k. 8, 67-73 v.

²² Czompki Mikołaj h. Grzymała, s. Andrzeja podsejdy dobrzyń., prawdopodobnie on pod imieniem Wojciecha został zapisany w Album studiosorum, wraz z bratem Janem w 1579 r., prpoz. kość. Św. Ducha w Sierpcu został 1587 r. W kap. kat. płockiej kolejno był kan. f. Radziwie - 1592, archidiak. dobrzyń. - 1597, kantorem - 1603-1613. W kat. pł. wraz z bratem Janem posiada tablicę nagrobną. Abp A.J. Nowowiejski, jw. s. 295-296; Album studiosorum..., t. 3 s. 115; AEp. nr 23 k. 113, 174 v., 331; AEp. nr 29 k. 684; ACPI. nr 8 k. 23, 142 v., 280; ACPI. nr 9 k. 195.

²³ Piotr Grochowicki, kan. kat. pł., następnie archidiak. pułt. Zob. przypis 1 w dok. 4.

[Plock] 14 IX 1594

Wojciech Baranowski biskup plocki za zgodą kapituły katedralnej plockiej nadaje Fryderykowi Zbrochowi i jego żonie Annie łan roli w Pułtusk w zamian za jego ogród przyległy do domu seminarium klerykańskiego na przedmieściu Pułtuska.

Oryg. nie znany. Wpis w aktach bpa W. Baranowskiego nr 27 s. 747-750; niedrukowany.

Mansus agri in fundo civili Poltoviensi conceditur in perpetuum civi Poltoviensi Zbroch et eius coniugi pro eorum horto, in suburbio Poltoviensi sito, atque ad domum seminarii ibidem adiuncto.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen. Nos Albertus Baranowski Dei gratia episcopus Plocensis significamus tenore praesentium, quorum interest universis et singulis. Cum restauressemus muratam domum pro alumnorum seminarii diaecesani de clero in suburbio Poltoviensi habitatione, nobisque ultro obtulissent conditionem famatus Fridericus Zbroch, una cum honesta Anna, coniuge sua, cives Poltovienses, qua cupiebant hortum suum haereditarium, eidem seminarii domui continguum, et ad viam publicam situm, pro uno manso agri, in fundo civili Poltoviensi, inter agros famatorum Joannis Zebrowski ex una, et Joannis Wańko, civium Poltoviensium, ex altera partibus consistentem, illorum propria, a successoribus nobilis olim Balthasaris Zaleski, nostro consensu accedente redemptum, nobiscum permutare, nos adeo aptam occasionem consulendi commoditati praedictae domus seminarii minime negligendam existimantes, inprimis potestatem fecimus dictis coniugibus, eum mansum agri a praedecessoribus nostris summa pecuniaria oneratum, de manibus eiusdem ultimi et immediati possessoris successorum redimendi; deinde revisores de gremio venerabilium fratrum nostrorum capituli Plocensis, ad perlustrandum et explorandam utrinque iustam aequivalentiam, tam horti, quam agri permutandorum deputavimus, posteaquam autem et exemptio dicti mansi agri de iure peracta esset, et ager is in realem possessionem praenominatarum coniugum venisset, et in praesenti generali capitulo, legitime congregato, coram nobis per revisores relatio facta esset, per omnia aequivalere, si predictus hortus pro manso agri permutatione perpetua commutaretur, omninoque parem et iustam commutationem fore. Nos una cum eiusdem venerabilibus fratribus nostris, magna frequentia congregatis, eam commutationem admittendum, hortum videlicet pro usu seminarii suscipiendum, agrum vero eisdem consortibus concedendum, dandum et resignandum duximus, uti quidem hisce praesentibus admittimus et suscipimus, ac praedictis Friderico Zbroch et Annae, coniugi suae, eorumque legitimis successoribus, eum ipsum mansum agri, ita lati, longi et circumferentialiter, prout antiquitus in suis terminis et limitibus se extendit, cum omni iure, dominio et proprietate, cumque eius omnibus fructibus, redditibus et utilitatibus inde existentibus, aut in posterum existendis, nullis penitus pro nobis, aut successoribus nostris reservatis, concedimus, damus, et resignamus iure et titulo haereditario perpetue et in omne aevum, per praenominatos coniuges eorumque posteros et successores tenendum, habendum, et possidendum, nec non vendendum, commutandum, alienandum, etiam irrequisito nostro successorumque nostrorum consensu, et in usus suos meliores et utiliores, iuxta beneplacitum illorum convertendi. Promittendum pro nobis et successoribus nostris, quod praenominatos coniuges eorumque successores, in quieta et pacifica possessione et usufructu eius mansi agri conservabimus perpetue et in aevum, salvis nihilominus de eo manso agri, decima nostra et censu, et aliis oneribus et obsquiis civilibus, quae caeteri cives nostri, similes agros

possidentes prestant, obeunt et solvunt, ad quae et ipsi praestanda, obeunda et solvenda tenebuntur tenore et vigore praesentium. In eius rei fidem indubiam, nostrum et venerabilis capituli nostri sigilla sunt appensa, harum testimonio literarum, anno domini millesimo quingentesimo nonagesimo quarto, die quatuordecima Septembris. Praesentibus raverendis ac venerabilibus generosis et nobilibus dominis dominis praelatis et canonicis ecclesiae nostrae cathedralis Plocensis: Stanislao Dunin Volski decano,¹ Zacheo Pikarski archidiacono Plocensi,² Nicola-o Sławogorski cantore et officiali generalis,³ Andrea Niedziałkowski cancellario,⁴ Stephano Nieborski archidiacono Dobrinensi,⁵ Martino Zabłocki,⁶ Bartholomeo Zawadzki,⁷ Gothardo Wroblewski,⁸ Michaele Karniewski,⁹ Martino Przeborowski,¹⁰ Floriano Suchodolski,¹¹ Andrea Kossinski,¹² Stanislao Grabowski,¹³ Matheo Żółtowski, sacrae theologiae doctore,¹⁴ Joanne Biliński medicinae doctore,¹⁵ Petro Goiski,¹⁶ Joanne Głinski,¹⁷ Joanne Slaski,¹⁸ Jacobo Smoszewski,¹⁹ Jacobo Nossilski, sacrae theologiae atque iuris utriusque doctore, et curiae nostrae cancellario,²⁰ Nicolao Czampski,²¹ Petro Grochowicki,²² canonicis Plocensibus, Adamo Leśniewski, canonico Poznaniensi,²³ Martino Biedrzycki, canonico gratiali Poltoviensi,²⁴ Matheo Węgierski zuppario Bydgościensi,²⁵ Melchiore Przeradowski curiae nostrae praefecto,²⁶ Stanislao Grzymisławski,²⁷ Joanne Ochenkowski,²⁸ Mathia Kućborski,²⁹ Michaele Święcicki,³⁰ caeterisque aulicis et familiaribus nostris.

Albertus Baranowski episcopus Plocensis.

Przypisy:

- ¹ Wolski Stanisław. Zob. przyp. 1 w poprzed. dok.
- ² Pikarski Zacheusz. Zob. przyp. 2 w poprzed. dok.
- ³ Sławogorski Mikołaj. Zob. przyp. 3 w poprzed. dok.
- ⁴ Niedziałkowski Andrzej. Zob. przyp. 4 w poprzed. dok.
- ⁵ Nieborski Stefan. Zob. przyp. 5 w poprzed. dok.
- ⁶ Zabłocki Marcin. Zob. przyp. 6 w poprzed. dok.
- ⁷ Zawadzki Bartłomiej. Zob. przyp. 7 w poprzed. dok.
- ⁸ Wroblewski Gotard. Zob. przyp. 8 w poprzed. dok.
- ⁹ Karniewski Michał. Zob. przyp. 9 w poprzed. dok.
- ¹⁰ Przeborowski Marcin. Zob. przyp. 10 w poprzed. dok.
- ¹¹ Suchodolski Florian. Zob. przyp. 11 w poprzed. dok.
- ¹² Kosiński Andrzej. Zob. przyp. 12 w poprzed. dok.
- ¹³ Grabowski Stanisław. Zob. przyp. 13 w poprzed. dok.
- ¹⁴ Żółtowski Mateusz. Zob. przyp. 14 w poprzed. dok.
- ¹⁵ Biliński Jan. Zob. przyp. 15 w poprzed. dok.
- ¹⁶ Gójski Piotr. Zob. przyp. 16 w poprzed. dok.
- ¹⁷ Głinski Jan. Zob. przyp. 17 w poprzed. dok.
- ¹⁸ Slaski Jan. Zob. przyp. 19 w poprzed. dok.
- ¹⁹ Smoszewski Jakób. Zob. przyp. 20 w poprzed. dok.
- ²⁰ Nossilski Jakób. Zob. przyp. 21 w poprzed. dok.
- ²¹ Czampski Mikołaj. Zob. przyp. 22 w poprzed. dok.
- ²² Piotr Grochowicki. Zob. przyp. 1 w dok. 4.
- ²³ Leśniewski Adam. Zob. przyp. 3 w dok. 4.
- ²⁴ Biedrzycki Marcin. Zob. przyp. 5 w dok. 4.
- ²⁵ Węgierski Mateusz.
- ²⁶ Przeradowski Melchior, h. Półkoźic, prefekt kurii bpa W. Baranowskiego 1591-1607.
- ²⁷ Grzymisławski Stanisław h. Prus I-szy.
- ²⁸ Ochenkowski Jan h. Grzymała, dworzanin bpa W. Baranowskiego 1595-1597.
- ²⁹ Kuczborski Maciej h. Ogończyk, dworzanin bpa W. Baranowskiego, później prefekt kurii biskupiej, łowczy płocki.
- ³⁰ Święcicki Michał h. Jastrzębiec, siostrzeniec bpa A. Noskowskiego.

Klemens VIII papież zezwala biskupowi Wojciechowi Baranowskiemu na inkorporację uposażenia kościoła parafialnego w Królewie, do funduszów seminarium kleryckiego w Pułtuskach z obowiązkiem zabezpieczenia odpowiedniego uposażenia na uposażenie wikariusza wieczystego, którego obowiązkiem byłoby prowadzenie duszpasterstwa w parafii.

Oryg. nie znany. Treść dokumentu inserowana w akcie biskupa Wojciecha Baranowskiego inkorporującego probostwo w Królewie do uposażenia seminarium pułtuskiego i wpisana w akta biskupie. Arch. Diecezjalne Płockie AEp. nr 28 k. 205 v.- 206. Dokument niedrukowany.

Clemens Papa octavus. Venerabilis frater salutem et apostolicam benedictionem. Ex iniuncto nobis apostolicae servitutis officio seminariorum ecclesiasticorum commoditati, quantum cum Deo possumus consulere tenemur, cum praesertim praelatorum notae id exposcunt, ac alias in domino salubriter conspicimus expedire. Exposuit siquidem nobis nuper fraternitas tua, quod pro sustentatione puerorum ecclesiasticorum in seminario Poltaviae Plocensis diaecesis erecto, pro tempore degentium, eiusdemque seminarii manutione parochialis ecclesia in Krolewo eiusdem diaecesis, cuius fructus, redditus et proventus satis pingues existunt eidem seminario perpetuo uniri maxime expediret, ac nobis humiliter supplicari curavit, ut in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui inter alia voluimus, quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annum valorem, etiam beneficium cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, quodque in unionibus semper commisso fieret ad partes, vocatis quorum interest; commodo et sustentationi seminarii et eius alumnorum, quantum in domino possumus prospicere volentes ac ecclesiae praefatae eiusdemque seminarii fructuum, reddituum et proventuum veros etiam valores et quorumcunque unionum seu assignationum fructuum ecclesiasticorum, ipsi seminario factarum teneres praesentibus pro plene et sufficienter expressi habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuae ecclesiam praefatam exnunc prout ex-tunc, cum primum per cessum vel decessum aut quacunque dimissionem vel amissionem, illam ad praesens obtinentis, etiam in quibuscunque mensibus, nobis et Apostolicae Sedi reservatis vacare contingerit, praefato seminario in perpetuum apostolica auctoritate uniendi, annectendi et incorporandi, ita quod liceat tunc, existenti seminarii praefati rectori, seu administratoribus ipsius, personalis ecclesiae eo ipso secuta vacatione huiusmodi illiusque bonorum realem, actualem et corporalem possessionem, seu quasi propria auctoritate libere appraehendere et perpetuo retinere, ipsaque bona locare et arrendare ac dislocare et et illorum fructus, redditus, proventus et aemolumenta quaecunque percipere, exigere et levare, ac in praefati seminarii usus et utilitatem convertere cuiusvis licentia minime requisita, sine tamen nunc obtinentis praeiudicio, ac proviso quod eandem parochialis ecclesiae debitis propterea non fraudetur obsequiis, et animarum cura nullatenus negligatur, sed per idoneum vicarium perpetuum ibi constituendum, cui ex eiusdem parochialis ecclesiae redditibus pars aliqua ad congruam eius sustentationem sufficiens assignetur a te, ac successoribus tuis episcopis Plocensibus pro tempore examinandum et approbandum alius parochialis ecclesiae congrue supportentur onera consueta. Decernentes unionem, annexionem et incorporationem faciendas huiusmodi ac praesentes literas nullo unquam tempore, et ex eo, quod quicumque interesse habentes seu praetendentes ad id vocati, non fuerint, neque praemissis consenserint,

quodque fructus huiusmodi non sint expressi, aut alius ex quocunque capite de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, seu alio quocunque defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, vel annullari ullatenus posse, neque sub regulis revocatoriis unionem effectum non sortitarum in crastinum assumptionis ad apostolatus apicem per Romanos pontifices successores nostros pro tempore edendis comprehendere, sed semper ab illis exceptas fore suosque plenarios effectus sortiri et obtinere, sicque per quoscumque iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici auditores, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari et definiri debere ac irritum et inane quidquid secus super his a quoque, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstante nostra praefata de exprimendo valore beneficii, cui aliud uniri petitur, ac de unionibus committendi ad parte vocatis quorum interest, necnon Lateranensis Concilii novissime celebrati, uniones perpetuas, nisi in casibus a iure permissis fieri prohibente, ac pie memoriae Bonifacii papae octavi praedecessoris nostri, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac in provincialibus et synodalibus conciliis editis specialibus, vel generalibus ac quibusvis, etiam iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus privilegiis, quoque indultis et literis apostolicis illis ac eiusdem ordinis superioribus, et personis in contrarium praemissorum quomodocunque concessis, confirmatis approbatis et innovatis.

Quibus omnibus et singulis etiam si pro sufficienti eorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica expressa et individua mentio habenda foret illis, alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris, die quarta Maii. Millesimo quingentesimo nonagesimo sexto. Pontificatus nostri anno quinto. M. Vestrius Barbianus.

4

Pultusk 27 V 1597

Wojciech Baranowski biskup płocki inkorporuje probostwo we wsi Królewo i jego dochody, na podstawie zezwolenia papieża Klemensa VIII z dnia 4 maja 1596 r. seminarium kleryckiemu w Pultusku, zabezpieczając piątą część jego dochodów, na uposażenie wikariusza wieczystego, który zajmowałby się duszpasterstwem w Królewie.

Oryg. nie znany. Dokument inserowany w AEp. nr 28 k. 205-207.

Litterae unionis ecclesiae in Krolewo seminario Poltoviensi factae.

In nomine Domin. Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Albertus Baranowski, Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Plocensis. Universis et singulis, praesentibus et futuris, quorum interest, intererit, aut interesse quovis modo poterit in posterum. Significamus, testatumque facimus literis hisce nostris. Quod cum ad officium nostrum episcopale pertineat modis omnibus providere, ut hierarchia ecclesiastica, diaecesis nostrae Plocensis, in quam optimo statu, ad laudem et gloriam Dei omnipotentis, ac utilitatem fidelium, salutem sempiternam constituatur et conservetur, idque ad exemplar illius caelestis haerarchiae, quae im summa varietate perfectissimo ordine perfectissimumque supremorum mediorum ac morum connectione constat. Hoc ipsum porro, cum non alia sane ratione commodiori perfici queat, nisi idonei sint ecclesiarum quarumvis, iurisdictioni nostrae subiectarum rectores, ac ministri zelosi, curae sollicitudinis nostrae pastoralis coadiutores potentes in excolleda vinea Domini

cooperarii, qui pietate, doctrina aliis prae eminent, vitae, morumque honestate aliis prae luceant, qui gregem Christi fideliter pascant, studeantque omnes fidei suae commissos et concreditos radiis quibus corruscant illustrare ac illuminare, doctrina sua erudire, exemplo suo meliores efficere, ipsosque hisce mediis ad caelestem illam patriam, ad quam tendimus omnes manuducere. Alioquin si ii, qui praesunt inserviuntque ecclesiis, talibus animi dotibus et ornamentis destituti fuerint, hierarchia ecclesiastica sarta tectaque omnino consistere nequit. Ceterum, quia huiusmodi animi dotes, nemini sunt a natura insitae verum beneficio institutionis, diuturnoque studio et exercitatione eas quemlibet acquirere necesse est, idcirco ad eum usum nulla alia ratio et via magis consentanea nobis visa est nisi ut est praescripto Concilii Tridentini seminarium clericorum Poltoviae institueremus, domicilium religionis disciplinaeque Christianae ac omnis generis virtutum, in quibus iuventus ibidem prius instructa, edocta et exercitata post in publica theatra prodire, ecclesiasticaque ministeria et munia quaevis obire possit. Prout quidem seminarium hoc divina adiuti gratia, iam a compluribus annis instituimus, ereximus, fundavimus, et pro modo facultatum dotavimus. Cum vero experti essemus, quam bene ecclesiae Dei nobisque cesserit, haec seminarii institutio in primis eisdemque exiguis ipsius incunabulis erecti sumus in spem non dubiam tanto melius cessuram, quanto altius creverit, ideo iterum de amplificatione eius cogitationem suscepimus. Cernentesque in diaecesi nostra existere ecclesiam parochialem in Krolewo dote satis honesta locupletata, parochia vero non adeo ampla onerata, praeterea nulli collationi laicali subiectam, sed solum spirituali, Summi Pontificis et episcoporum Plocensium, pro diversitate mensium, in quos vaccacio illius incidebit, ad augendum seminarium hoc ipsum unione istius parochialis ecclesiae animum adiecimus.

Itaque sanctissimo Domino nostro sine cuius autoritate haec fieri non poterant, supplicavimus, ut dicta ecclesia parochialis in Krolewo, cum omnibus et singulis ipsius iuribus ac pertinentiis, eidem seminario, pro ipsius amplificatione commodiori, que clericorum, eius alumnorum sustentatione per viam unionis accedere posset. Ad quam supplicationem nostram obtinuimus facultatem uniendi autoritate Apostolica, dictam parochialem ecclesiam pro memorato seminario, quemadmodum id in literis Apostolicis de super in forma brevis emanatis et ad nos directis, fusius continetur. Quanam quidem literarum tenor de verbo ad verbum sequitur. Et primo super inscriptionis, seu tituli a tergo talis est: Venerabili fratri Alberto episcopo Plocensi. Intus vero:

[Następuje breve papieža Klemensa VIII z 4 V 1596 r. - nr 3]

Quibus quidem praesertis literis Apostolicis, sic ut praemissum est in personam nostram directis, curae nobis fuit, ut eaedam iuxta ipsarum vim, formam, ac tenorem debitaee executioni, [sic] primo quoque tempore demandentur, necessitate simul ac utilitate ecclesiae ita postulante. Ad quam rem commoda sane obtulit sese occasio non ita multo post secuta vacatione supradictae ecclesiae parochialis uniendae, per liberam resignationem reverendi domini Stanislai Wolski decani Plocensis et Poltoviensis, illius ultimi et immediati possessoris, coram nobis factam et per nos admissam.

Idcirco praesertarum literarum Apostolicarum vigore ac autoritate Apostolica nobis comissa, et qua fungimur in hac parte parochialem ecclesiam in Krolewo, tituli sancti Sigismundi praedictam, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, suprascripto seminario clericorum Poltoviensi perpetuum univimus, incorporavimus et anneximus ac ex-nunc unimus, incorporamus et annectimus. Dando, concedendoque facultatem et licentiam administratoribus, seu provisoriis eiusdem seminarii, qui possint, iam exnunc dictae parochialis ecclesiae unitae ac modo praemisso vacantis corporalem realem et actualem iuriumque et pertinentia-

rum ipsius omnium possessionem autoritate propria libere apprehendere ac tenere illiusque fructus redditibus et proventus ac iura universa percipere et habere ac in dicti seminarii usus et utilitatem convertere, perpetuoque retinere, cuiusvis alterius superioris licentia super hoc alias minime requisita. Ordinantes praeterea et disponentes ut ecclesia parochialis praedicta, debitis propter hanc unionem non defraudetur obsequiis, nec animarum cura in ea aliquatenus negligatur, sed eius debite supportentur onere consueta, per idoneum vicarium perpetuum. Ac proinde in dicta ecclesia parochiali, sic ut praemissum est unita, iam ex-nunc erigimus et creamus vicariam perpetuam, seu titulum vicariae perpetuae, in eaque constituimus ac deputamus vicarium perpetuum, unum ex alumnis eiusdem seminarii, habilem et idoneum, a nobis, successoribusque nostris episcopis Plocensibus pro tempore existentibus examinandum, approbandum et instituendum, qui exercerat curam animarum, omniaque onera subeat, incumbentia eidem ecclesiae, quae incumbant antequam unita esset, sortireturque titulum vicariae perpetuae. Quamobrem huic ipsi vicario perpetuo, loco congruae portionis reservamus et assignamus quintam partem de fructibus, redditibus, proventus et iuribus omnibus dictae ecclesiae in Krolewo, ex qua idem vicarius se sustentare, iura episcopalia solvere, ac alia sibi incumbentia onera supportare tenebitur. Quae omnia et singula necnon praesentes literas nostras, ac in eis contenta vobis omnibus supradictis et vestrum cuilibet intimamus et notificamus, ac ad vestram et cuiuslibet vestrorum notitiam deducimus, et deduci volumus per praesentes, ne de praemissis ignorantiam aliquam praetendere valeatis, seu etiam allegere.

In quorum omnium et singulorum fidem ac evidentius testimonium praesentes literas nostras manu propria subscripsimus, sigillique nostri appensione iussimus et fecimus communiri. Actum et datum Poltoviae, die vigesima septima mensis Maii. Anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo septimo. Praesentibus reverendis, venerabili, generosis ac nobiles dominis: Petro Grochowicki archidiacono Poltoviensi in ecclesia nostra cathedrali Plocensi, sacrae maiestatis Regiae secretario, cancellario nostro,¹ Stanislaw Radecki Plocensi,² Adamo Lesniewski Poznaniensibus et Poltoviensibus,³ Sebastiano Posnaniensi iuris utriusque doctore Sandecensi canonicis, auditore causarum,⁴ Martino Biedrzicki parochi Branscensi,⁵ Melchiore Przeradowski curiae,⁶ Raphaelae Łuczyliński camerae nostrae praefectis,⁷ Joanne Tongoborski,⁸ Joanne Sławogorski,⁹ Joanne Karczewski,¹⁰ Mathia Kuczborski,¹¹ Egidio Pogorzelski,¹² Joanne Ochenkowski,¹³ Joanne Raciborski,¹⁴ Alberto et Joanne Gorzechowscy,¹⁵ Nicolao Modzelewski,¹⁶ Christophoro Łuczyliński¹⁷ et aliis quam plurimis familiaribus, aulicis et cubicularis nostris.

Albertus Baranowski episcopus Plocensis.

Przypisy:

¹ Piotr Grochowicki, archidiak. gnieźn. i pułt. od 14. II.1597 r. do śmierci w 1631 r. Był synem Jakuba Grochowickiego h. Poraj i Urszuli Gwiazdowskiej h. Bogoria. Już od 1592 r. związany był z dworem bpa W. Baranowskiego, od 1594 r. był kan. pł., f. Krajkowo. J. Korytkowski. Prałaci i kanonicy katedry metropolitalnej gnieźnińskiej od roku 1000 aż do dni naszych. T. 1-4. Gniezno 1883; T. 1 s. 130-132; ACPI. nr 8 k. 41 v.; Tamże k. 102.

² Radecki Stanisław h. Drya, s. Jana i Anny Wydzierzewskiej h. Ogończyk. Kan. kol. św. Jerzego, na zamku gnieźnińskim, kan. pozn. f. Tarnowo (28.VIII.1595; Receptions, seu installationes ad episcopatum, praelaturas et canonicatus ecclesiae cathedralis Posnaniensis ab anno 1532 usque ad annua 1880, ed. R. Weimann. Roczn. Tow. Przyjaciół Nauk Pozn. T. 35 s. 68. Poznań 1909). Kan. pł. f. Stróżewo i pułt. f. Lipa instytuowany na nie 23.II.1595 r. (AEP. nr 28 k. 38 v.- 39). Zm. w 1636 r.

³ Lesniewski Adam h. Grzymała, s. Piotra Szimonkowskiego, albo Leśniewskiego i Katarzyny Grzybowskiej h. Pobóg; kan. pozn. od 1583 r. (Recept. s. 60), prob. w Pniewie (1595), a następnie w Złotorzy (1596); kan. pułt. f. Łas od 1595 r., zm. w 1641 r. AEP. nr 27 s. 558-559; 805-806; ACPułt. nr 211 s. 211, 295, 350, 924.

⁴ Sebastian z Poznania, dr obojga praw, kan. sądecki przed 1597, pułt. f. Skarżycze od 1597; kan. pł. f. Radziwie od 1601. AEp. nr 28 k. 166 v.- 167, ACPI. nr 8 k. 240 v. Zm. ok. 1636 r. ACPułt. nr 211 s. 898-899.

⁵ Biedrzycki Marcin, dr obojga praw, pochodził z diec. krak., prob. w Brańszczyku, od 1587 r., kan. pułt. grat. od ok. 1598 r., kan. pułt. f. Lipniki od 1601 r., zm. w 1602 r. (ACPI. nr 7 k. 242 v.; AEp. nr 25 s. 548; ACPułt. nr 211 s. 295, 324.

⁶ Przeradowski Melchior h. Półkozic.

⁷ Luczyliński Rafał h. Jelita, najpierw dworzanin biskupa, następnie kan. pł. f. Kamion 1600 r., kan. pułt. f. Szewelice 1603. AEp. nr 29 s. 275, 708; AEp. nr 33 k. 208 v.

⁸ Tongoborski Jan h. Szreniawa, dworzanin bpa W. Baranowskiego.

⁹ Sławogorski Jan h. Kościeszka.

¹⁰ Karczewski Jan h. Jasińczyk.

¹¹ Kuczborski Maciej h. Ogończyk. Zob. przyp. 29 w dok. 2.

¹² Pogorzelski Egidiusz h. Krzywda, s. Mikołaja.

¹³ Ochenkowski Jan. Zob. przyp. 28 w dok. 2.

¹⁴ Raciborski Jan h. Rawicz, kan. pułt. f. Różan 1605, następnie dziekan (1613) i oficjał (1617) warszawski. Zm. w 1644 r. Z. Królik. Kapituła kolegiacka w Warszawie do końca XVIII w. Warszawa 1990 s. 198; AEp. nr 30 k. 173 v.- 174; ACPułt. nr 211 s. 378, 380, 502, 922-923.

¹⁵ Gorzechowski Wojciech i Jan h. Ogończyk.

¹⁶ Modzelewski Mikołaj (Modzel) h. Pilawa, dworzanin biskupa.

¹⁷ Luczyliński Krzysztof, zapewne brat Rafała.

5

Informacja o przyjęciu pierwszych siedmiu alumnów do seminarium w Pułtusk, przez bpa Wojciecha Baranowskiego w dniu 5 sierpnia 1595 r. i złożeniu przez nich przyrzeczenia w zakrystii kościoła jezuitów oraz formuła przyrzeczenia, które mieli składać i podpisywać wszyscy przyjmowani do seminarium. (Księga Sem. Pułt. k. 204 v.)

Anno Domini 1595, Augusti 5-a festum Dedicacionis Beatæ Mariæ Virginis ad Nives sacra, inrascripti alumni septem, coram reverendissimo Plocensi Alberto Baranowski, præsule vigilantissimo, fundatore seminarii eiusdem, promissionem fecerunt secundum formulam infra scriptam, in sacristia templi Societatis Jesu.

Formula promissionis

Ego N. quandoquidem ab reverendissimo Episcopo Plocensi, per reverendos dominos provisos seminarii, ab illo destinatos, ad seminarium ecclesiasticum diaecesis Plocensis admissus sum, eo fine, ut in ministeriis ecclesiasticis, ordinibusque sacris iuxta quos, ab eodem reverendissimo domino Episcopo, eiusque successoribus, vel dominis seminarii provisoribus, eius nomine, mihi iniunctum ac demandatum fuerit, Ecclesiae Dei in diaecesi Plocensi inserviam. Idcirco promitto vigore praesentium, et spondeo me in eodem seminario vitam degere, eiusque constitutiones regulares et ordinationes servare velle. Ac si forte me contingeret, sine facultate mihi ab reverendissimo domino Episcopo, eiusque successoribus, vel dominis provisoribus, in scriptis data, aut e seminario discedere, aut statum clericalem in diaecesi Plocensi non servare, sponte me obligo et astringo ad restituendum omne damnum et refundendum expensas ob meam personam in seminario factas, a die quo in illud seminarium sum admissus. Quo nomine ad quodcunque forum citatus fuero in eo me responsurum libere submitto.

Huiusmodi professionis formulam quilibet ex alumni manu propria conscribit et sigillo, quo utitur obsignabit, notarioque consistorii Poltoviensis, praesenti tradet, qui nomine et cognomine alumni, diem item et annum, quo huiusmodi obligationem fecerit et eius promissionis formulam in acta eiusdem consistorii referet.

Tekst powyższego przyrzeczenia wypełniony przez Piotra Nossilskiego został wpisany do akt oficjała pułtuskiego Michała Karniewskiego (ADP Aoff.Pult. nr 135 k. 81). Podano tam także nazwiska pierwszych siedmiu alumnów i świadków składanego przez nich przyrzeczenia.

Seminaristarum Poltoviensim obligationes et sponsiones.

Pultusk sobota 5 VIII 1595

Sacrario t-empli sanctorum Petri et Pauli Apostolorum Poltiviae coram reverendissimo in Christo Patre... Alberto Baranowski... in mea notarii publicii et testium infrascriptarum praesentia, constituti personaliter nobiles et discreti: Petrus Nossilski, Gregorius Ciecierski, Andreas Swierczewski, Thomas Janowski, Jacobus Ossiecinensis, Franciscus Wysogrodien-sis, et Nicolaus Kuklicius a Krasne, suprascripti illustrissimi et reverendissimi Plocensis alu-mni, seminaristaeque Polthoviensis, promissiones, sponsiones et obligationes suas, genibus flexis fecerunt et singuli eorum, sub uno verborum tenore, manibus propriis scriptas et sub-scriptas, clara recitaverunt, mihique notario publico infrascripto in uni syngraphorum circa acta consistorii huius servanda tradiderunt.

Tu następuje zamieszczona powyżej formuła przyrzeczenia.

Świadkami powyższego aktu byli: „Michael Carniewski Plocensis, Poltoviesis canonici et officialis, Jacobus Nossilski s. theologiae et iurium doctor Plocensis canonicus, supra-scripti Reverendissimi cancellarius curiae, Joannes Jankowski rector collegii Societatis Jesu Poltoviensis, Jacobus Coritowski praefectus seminarii suprascripti... Et ego Mathias Polto-viensis consistorii actorum notarius...”.